



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi
Archiepiscopi Pragensis**

Balbín, Bohuslav

Pragæ, 1664

Ad Nobilitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42763

AD NOBILITATEM.

Nobilitas, si nobilitas tua stemmata, pulchra es!
Nobilitate, animi nobilitate, genus!

II. HUMANÆ BEATITUDINIS RADIUS
*EX AVRO.*VEN. ARNESTI INGENTES DIVITIÆ, ET
PAR BENEFICENTIA.

Aureus fluvius Arnestus ob divitias liberales. **D**Epinge *Fluvium* auriferum ex montibus aureis, seu aurifodinis, prorumpentem, & aureas arenas ac gemmas videntem (qualis *Watava* apud nos est) hic dives *Fluvius*, plurimas urbes & oppida innumeris erroribus alluat, cui *Fluvio* inscribes: *Errando prodeesse volo.*

Philofr. in Vita Apollon. lib. 5. c. 9. & 10. **F**luvium beneficentiae typum esse quis non videt ? qui cum præterea aureas arenas vehat, est *dives in omnes*, novoque & auro beneficio commendatur. Nilum *Ægypti craterem* Veteres appellârunt ; & *Vespasianus*, non malus Imperator, ad *Ægyptios* oppressos, *ex me*, inquit, *atq. ex Nilo haurite !* quo dicto mirificè miseros recreavit. Porro observatum est, *Fluvios auriferos* sape in aurifodinis nasci, atque ibi suos quasi fluctus inaurare, aureasque arenas volvere, & elucere ; quod, authore Plinio, probatissimum est Auri genus. Fluctus colorari dubium nemini esse potest ; vide quæ de flumine Croceo Sinicus Atlas scripsit ; & de Nilo, *latèq. colorat aquora*, cecinit Catullus. Talis igitur *VEN. Princeps Arnestus*, cuius hæc imago. Hic, velut aurifer fluvius, aurum potabile populis propinabat, ab eo toties sublevata, fame moriens *Bohemia*, est, quam universam benefaciendo peragrabat, ut errando prodesset, cum *Arnestum* currus onusti pecunijs & panibus sequerentur. Sed de ejus infinita propè liberalitate jam pridem egimus, nec vacat repetere !

Divitiarum contemnus vera sunt dignitatis.

DE DIVITIIS ET AURI RADIO.

Auro pretium hominum estimatio dedit ; itaque etiam pectet